

57
prios tecum pariter ⁊ hominem. Ut bñdicta
dicaris inter omnes mulieres. **V.** Paries
quidem filium: ⁊ uirginitatis non patieris
detrimentum efficiens grauida ⁊ eius ma-
ter semper intacta. Ut bñdicta. **Glia.** Ut
bñdicta. ⁊ c. **Ad laudes ⁊ per om̃s
horas. Añ.** Adissus est angelus ga-
briel ad mariam uirginem desponsatam
ioseph. **ps.** Dominus regnauit. **Añ.**
Aue gratia plena dominus tecum: bene-
dicta tu in mulieribz alleluia. **ps.** Iu-
bilate deo. ⁊ c. **Añ.** Ne timeas ma-
ria inuenisti enim gratiam apud dñm
⁊ ecce concipies ⁊ paries filium alleluia.
ps. Deus deus meus. **Gl̃nti.**

Dabit ei dominus deus sedem dauid patris
eius et regnabit in eternum. **ps.** Bene-
dicite omnia opera domini domino.

An. Ecce ancilla domini fiat mihi se-
cundum uerbum tuum. **ps.** Lauda-
te dominum de celis. Cantate domino et
canticum nouum. Laudate do-
minum in sanctis eius. **Capitulum.**

Exedietur uirga de radice
eius iesse et flos de radice
eius ascendet et requiescet super
eum spiritus domini. **R.** Deo gra-
tias. **Hymni.** & **ficuli.** et **psalmi** et
per omnes horas dicuntur sic
ante aduentum: **prece** & **ficli**

58
none ⁊ completory. *Ad bñdic-*
tus añ. Spiritus sanctus in te desce-
det maria. Orationes ut supra in
uesperis. Ad primā. Capitulum.

Ecce uirgo concipiet ⁊ pa-
riet filium ⁊ uocabitur
nomen eius emanul butirum
⁊ mel commedet ut sciat repro-
bare malum ⁊ eligere bonum.

R. Deo gratias. Añ. Ad illius ē.
Ad tertiam añ. Ave maria. Cap.

Egredietur uirga. ⁊ c. *Ad*
sextam añ. Ne timeas. Cap.

Abit ei dominus tuus
⁊ sedem dauid pris eius ⁊

regnabit in domo iacob i eternu.
7 regni eius non erit finis. *R.*

Deo gratias. *Ad nonam Antiph.*

Ece ancilla domini. *Capitulum.*

Ecce uirgo concipiet. *7 c.*

R. Angelus domini nuncia
uit marie. *R.* Et concepit de spiritu
sancto. *Ad uesperas añ.* *Missus*

est. Cum reliquis de laudibus
7 psalmi consueti. *Capitulum.*

Predictur uirga. Cum
reliquis ut supra in alijs
uesperis. *Ad completorium. ca.*

Ecce uirgo concipiet. *R.*

Angelus domini nunciauit

marie. **R.** Et concepit de spū sancto.
Ad nunc dimittis añ. Spiritus
 sanctus. **N**otandum q' a uigi-
 lia natiuitatis domini usq' ad
 purificationem bte marie uingi-
 nis fit officium sicut ante adue-
 tum excepto q' ad omnes horas
 dicitur oio. Deus qui salutis
 eterne. **A**delitis omnibz oio-
 bus de aplis cum alijs: ad om-
 horas sicut scriptum ē in officio
 ante aduentum. **I**tem ad lau-
 des 7 per omes horas dicitur.

O admirabile com. **Ant.**
 mercium creator gñis humani

animatum corpus sumens de uirgine
nasci dignatus est: et procreans homo
sine semine largitus est nobis suam veri-
tatem. **Ant.** Quando natus es iesu-
fabiliter ex uirgine tunc implete sunt
scripture: sicut pluuia in uellus desce-
disti ut saluum faceres genus huma-
num: te laudamus deus noster. **Ant.**

Rubum quem uiderat moyses in com-
bustum conseruatam agnouimus tuam
laudabilem uirginitatem dei genitricis
intercede pro nobis. **Ant.** Germina-
uit radix yesse: orta est stella ex iacob
uirgo peperit saluatorem: te laudamus
deus noster. **Ant.** Ecce maria genuit i-

88
nobis saluatorem: quem iohannes uideō
exclamauit dicēs: ecce agnus dei: ecce
qui tollit peccata mundi alleluia. **Ad**

bñdictus m̃. Mirabile mysterium.

reclatur hodie: innouantur nature:
deus homo factus est: id qđ fuit p̃ma
sit: ⁊ qđ non erat assumpsit: non cōmix
tionem passus neqz diuisionem. **Ad**

magnificat ⁊ nunc dimittis ãm.

Magnum hereditatis mysterium tē
plum dei factus est uterus nesciens ui
rum: non est pollutus ex ea carnem assu
mens: omnes gentes uenient dicentes
gloria tibi dñe. **Sciendum est qđ**

⁊ uespere sabbati sancti usqz ad

ascensionem fit officium bñe i
marie uirginis sicut ante adue
tum. Excepto q' ad magnifi
cat ⁊ ad nunc dimittis ⁊ ad bñ
dictus dicitur An.

Regina celi letare alleluia.
quia quem meruisti portare
alleluia. resurrexit sicut dixit alleluia
ora pro nobis teum alleluia.

*Triplix antiphona bñe marie uir
gine secundum consuetudinem
sancti Romani Ecclesie
Antiphona prima uirgine
exceptis festis bñe marie*

dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. **T**ribulationem et dolorem inueni: et nomen domini iuocavi. **O** domine libera animam meam misericors dominus et iustus: et dominus noster misereatur. **C**ustodies paruulos dominus humiliatus sum et liberauit me. **C**onuertere anima mea in requiem tuam: quoniam dominus benefecit tibi. **Q**uia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lacrymis: pedes meos a lapsu. **P**lacebo domino in regione uiuorum. **R**equiem eternam

tona eis domine. **Et** lux perpe-
tua luceat eis. **An.** Placebo domio
in regione uiuorum. **An.** Deu m. **ps.**

Ad dominum cum tribu-
larer clamaui: et exaudiuit
me. **D**omine libera animam a
labijs iniquis: et a lingua do-
lo-
sa. **Q**uid tetur tibi aut quid i-
apponatur tibi ad linguam do-
lo-
sam. **S**agitte potentis acute: ai
carbonibz desolatorijs. **D**eu m.
qz incolatus meus prolongat^r
est habitari cum habitantibus
cedar: multum incola fuit anima
mea. **Q**um his qui oderunt pa-

cem eram pacificus: cum loquebar
illis impugnabant me gratis. **Re**
quiem eternam. 7c. **Ant** Non mibi

quia incolatus meus prolongatus est.

Ant Dominus. **Psalmus 124**

Leuavi oculos meos in mō
tes: unde ueniet auxilium

mibi. **A**uxilium meum a domino
qui fecit celum et terram. **D**on

det incommotionem pretem tuam:
neqz dormiet qui custodit te. **E**c

ce non dormitabit neqz dormiet
qui custodit israel. **D**ominus cu

stodit te dominus protectio tua:
super manum dexteram tuam. 1

7
Per diem sol non uret te neq
luna per noctem. **D**ominus cu
stodit te ab omni malo: custo
diat animam tuam dominus. t

Dominus custodiat introitu
tuum ⁊ exitum tuum: ex hoc nū
⁊ usq; in seculum. **R**equiem et

nam ⁊ c. **An.** Dominus custodit te
ab omni malo custodiat animam tuā
dñs. **An.** Si iniquitates. **psalm.**

De pro fundis clamaui ad
te domine: dñe exaudi uo
cem meam. **A**uant aures tue
intendentes: in uocem deprecati
onis mee. **Q**ui iniquitates ob

seruaueris domine: dñe quis su-
stinebit. **Q**uia apud te propi-
tatio est ⁊ propter legem tu-
am sustinui te domine. **S**usti-
nuit anima mea in uerbo eius:
speraui anima mea in domino.

A custodia matutina usq; ad
noctem: speret israel i domino.

Quia apud dominum miseri-
cordia ⁊ copiosa apud eum re-
temptio. **E**t ip̄e redimet isrl:
ex omnibz iniquitatibz eius. ⁊

Requiem eternam ⁊ c. **An.**

Si iniquitates obseruaueris dñe:
domine quis sustinebit. **An. Opa. ps.**

Confitebor tibi domine in
toto corde meo: quoniam
audivisti uerba oris mei. **I**n con
spectu angelorum psallam tibi.
adorabo ad templum sanctum tu
um. ⁊ confitebor nomini tuo. **Su**
per misericordia tua ⁊ ueritate tua
quoniam magnificasti super omne
nomen sanctum tuum. **I**n quacū
q; die muerauero te exaudi me.
multiplicabis in anima mea uirtu
tem. **C**onfiteantur tibi domine
omnes reges terre: qui audierunt
omnia uerba oris mei. **E**t can
tent in uis nomen domini qm̃

magna est gloria domini. **Q**uo
 nam excelsus dominus ⁊ humi
 lia respicit. et alta a longe co
 gnoscit. **S**i ambulauero in
 medio tribulationis uiuifica
 bis me: et super iram inimico
 rum meorum extendisti manū
 tuam: et saluum me fecit de
 xtera tua. **D**ominus retribu
 et pro me domine misericor
 dia tua in seculum opera ma
 nuum tuarum ne despicias.
Requiem. añ. Opera manuum
 tuarum ne despicias domine. **V.**
 Audiuī uocem de celo dicentem

45
mibi. **R.** Beati mortui qui in domino
moriuntur. **an.** Omne. **Canticus.**

Magnificat anima mea do-
minum. **E**t exultavit et
spiritus meus: in deo salutari et
meo. **Q**uia respexit humilitatem
ancille sue: ecce enim ex hoc be-
atam me dicent omnes gene-
rationes. **Q**uia fecit mihi ma-
gna qui potens est: et sanctus
nomen eius. **E**t misericordia
eius a progenie in progenies ti-
mentibus eum. **F**ecit potenti-
am in brachio suo. dispersit
superbos mente cordis sui. et

Deposuit potentes de sede: et
exaltavit humiles. **E**xuriētes
impleuit bonis: et diuites di-
misit inanes. **S**uscepit israel
puerum suum: recordatus mi-
sericordie sue. **S**icut loquitur
est ad patres nostros abraham
et semini eius in secula. **R**equi-
em. **ant.** Omne quod dat mihi

pater ad me ueniet: et cum qui uenit
ad me non eiciam foras. **P**ater n̄r.

Lauda anima mea **ps.**

domini: laudabo deum

in uita mea: psallam deo meo

q̄diu fuero. **N**olite confidē

in principibz: neque in filiis &
hominū in quibz non est salus:

Exibit spiritus eius et reuē
tetur in terram suam: in illa
die peribunt om̄s cogitationēs
eorum. **B**eatus cuius deus
iacob: adiutor eius spes ei
in dño deo ipsius: qui fecit
celum et terram mare ⁊ oīa
que in eis sunt. **Q**ui custodit
ueritatem in seculum facit
iudiciū iniuriā patienti
bus. dat escam esurientibz.
Dominus soluit compeditos.
dominus illuminat cecos:

Dominus erigit elisos: dñs
 diligit iustos. **D**ominus cu
 stodit aduenas pupillum et
 uiduam suscipiet. et iram pec
 catorum disperdet. **R**egnabit
 domini' in secula deus tuus sy
 on in omni generatione. 7 ge
 nerationem. **R**equiem. **V** A
 porta inferi. **R** Erue domine ai
 mas eorum. **V** Requiescant in
 pace. **R** Amen. **V** Domine ex
 audi oronem meam. **R** Et cla
 mor meus ad te ueniat. **oratio.**

Deus qui inter aposto
 licos sacerdotes fa

mulos tuos. pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate iungere: presta quæsumus: ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. *Oratio.*

Quus uenie largitor et humane salutis amator quæsumus clementiam tuam: ut nostre congregationis fratres sorores propinquos et benefactores nostros: qui ex hoc seculo transierunt. beata maria semper uirgine intercedente cum omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudi-

20
nis consortium peruenire cō
cedas : *oratio.*

Fidelium deus omnium
conditor et redemp
tor animarū famulorū famu
larūq; tuarum : remissionē
cunctorū tribue peccatorum
ut indulgentiam quam sem
per optauerunt pijs supplica
tionib; consequantur. Qui
uiuis. *℟ Amen. ✕ Requie
eternam. ℟ Et lux. ✕ Re
quiescant in pace. ℟ Amē*
Ad matutinum Inuitatorium
Regem cui omnia uiuunt. Ve

nite adoremus. *psalmus dauid*

Venite exultemus dño
iubilemus deo salutar
nostro. precepimus faciem ei
in confessione: et in psalmis iu
bilemus ei. **R**egem cui omnia
uiuunt. Venite adorem. **Q**uo
niam deus magnus dominus
et rex magnus super omnes de
os. quoniam non repellit domi
nus plebem suam: quia in ma
nu eius sunt omnes fines terre
et altitudines montium ipse co
spicit. **V**enite adorem. **Q**uo
niam ipsius est mare et ipse fe

21
cit illud: et ardam fundauerunt
manus eius: uenite adoremus et
precidamus ante deum ploremus
coram domino qui fecit nos. quia
ipse est dominus deus noster. nos
autem populus eius. et oves pa
scue eius. **R**egem cui omnia ui
nunt. Venite adoremus. **H**odie
si uocem eius audieritis nolite
obdurare corda uestra. sicut in
exacerbatione secundum diem te
tationis in deserto. ubi tentaue
runt me patres uestri. probaue
runt et uiderunt opera mea. **V**e
nite adoremus. **Q**uadraginta

annis proximus fui genera
tioni huic et dixi semper hi errāt
corde: ipi uero non cognouerūt
uias meas: quibus iurauī i
ura mea. si introibunt in reg
em meam. **R**egem cui omnia
uiuunt. Venite adorem. **R**e
quem eternam dona eis dñe
et lux perpetua luceat eis. **C**e

nte adoremus. **R**egem cui
omnia uiuunt. **V**enite adorem.

Ant. Dirige. psalmus. cl.

Verba mea auribus perci
pe domine: intellige cla
morem. **I**ntende uoci orōnis

mee: rex meus et deus meus. ⁊

Quoniam ad te orabo domine.
mane exaudies uocem meam:

Mane astabo tibi et uidebo: q̄
nam non deus uolens iniquita
tem tu es. **N**eque habitabit iu
xta te malignus. neque permane
bunt iniusti ante oculos tuos. **O**
disti oīes qui operantur iniquita
tem: perdes omnes qui loquūtur
mendacium. **V**irum sanguinum
et dolosum abhominabitur dñs:
ego autē in multitudine misericō
die tue. **I**ntroibo in domū tuā.
Adorabo ad templum sanctum.

tuum in timore tuo. **D**omine
deduc me in iustitia tua propt
inimicos meos. dirige in conspe
ctu tuo viam meam. **Q**uia
non est in ore eorum veritas:
cor eorum uanum est. **S**epul
chrum patens est guttur eorum
linguis suis dolose agebant &
indica illos deus. **D**ecidant
a cogitationibus suis secundum
multitudinem impietatum eorum
expelle eos: quoniam irritauerunt te
domine. **E**t letentur omnes qui
sperant in te. in eternum exulta
bunt exultabunt et habitabis

in eis. **E**t gloriabuntur in te
 omnes qui diligunt nomen tu
 um: quoniam tu benedices iu
 sto. **D**omine ut scuto: bone uo
 luntatis tue coronasti nos. **R**e
 quem. **ant.** Dirige domine de
 us meus in conspectu tuo via
 meam. **ant.** Conu'tere. **psalmi.**

Domine ne in furore tu
 o arguas me: neque i
 ra tua corripas me. **M**isere
 re mei domine qm infirmus
 sum sana me dñe: quoniam
 conturbata sunt omnia ossa
 mea. **E**t anima mea turbata

est ualde : sed tu domine usque quo.

Conuerte domine et eripe ani
mam meam : saluum me fac prop
ter misericordiam tuam. **Q**uoni
am non est in morte qui memor
sit tui. in inferno autem quis &
confitebitur tibi. **L**aborauit inge
mitu meo lauabo per singulas &
noctes lectum meum lachrimis
meis stratum meum rigabo. **T**ur
batus est a furore oculus meus.
inueteraui inter omnes inimicos
meos. **D**iscedite a me omnes q
operamini iniquitatem : quoniam
exaudiuit dominus uocem fletus

mei. **A**uduit dominus deprecationem meam: dñs orationē meam suscepit. **E**rubescant et conturbentur uehementer omnes inimici mei: conuertantur. 7 erubescant ualde uelaciter. **R**equiem. **an.** Conuerte domine 7

eripe animam quoniam non est in morte qui memor sit tui. **ant**
 Nequando. **psalmus dauid.**

Domine deus meus in te speravi saluum me fac ex omnibz persequentibz me libera me. **N**equando rapiat ut leo animam meam: dum non

est qui redimat neque qui saluus
faciat. **D**omine deus meus si fe
ci istud: si est iniquitas in manib'
meis. **S**i reddidi retribuētibus
mibi mala. decidam merito ab in
imicis meis inanis. **P**ersequatur
inimicus animam meam et compre
hendat et conculcet in terra uitā
meam: et gloriam meam i pulue
rem deducat. **E**xurge dñe in ira
tua et exaltare in finibus inimi
corum meorum. **E**t exurge domine
deus meus in precepto quod mā
dasti: et synagoga populorū cir
cundabit te. **E**t propter hanc

in altum regredere: dominus iudi-
cat populos. **I**udica me domine
secundū iustitiam meā: et secun-
dum innocentiam meam super me:

Consumetur nequitia peccatorū
et diriges iustum scrutans corda
et renes deus. **I**ustum adiutori-
um meum a dño: qui saluos fa-
cit rectos corde.

Deus index et
iustus fortis et patiens: nunquā
irascitur per singulos dies.

Nisi
conuersi fueritis gladium suū
inbrabit arcum suū tetendit et
parauit illum. **E**t ^{ico}parauit ua-
sa mortis: sagittas suas ardenti

bus effecit. **E**cce parturit iniusti-
tiam concepit dolorem: et peperit
iniquitatem. **L**acum aperuit et
effodit eum: et incidit in foveam
quam fecit. **C**onuertetur dolor
eius in caput eius: et in uerticem
ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor dño secundum iusti-
tiam eius: et psalam nomini do-
mini altissimi. **R**equiem. *Ant.*
Ne quando rapiat ut leo animam
meam dum non est qui reclinat
neque qui saluum faciat. *V.* *Apor-*
ta inferi. *R.* *Erue domine aias*
eorum. *Pater n'r.* *lectio prima*

PArce mihi domine: nihil
 enim sunt dies mei. Quid
 est homo. quia magnificas eum: aut
 quid apponis erga eum cor tuum:
 visitas eum diluculo. et subito
 probas illum. Usque quo non par
 cis mihi. nec dimittis me: ut gluti
 am saluam meam: Peccavi quid
 faciam tibi o custos hominum. Qua
 re posuisti me contrarium tibi: et
 factus sum mihi et ipsi grauis.
 Cur non tollis peccatum meum:
 et quare non auferis iniquitatem
 meam: Ecce nunc in puluere dor
 miam. et si mane me quesieris non

subsistam. **¶** Credo q̄ redemptor
meus uiuit. et in nouissimo die de ter
ra surrecturus sum. Et in carne mea
uidebo deum saluatorem meum. **¶**

Quem uisurus sum ego ipse. et non
alius et oculi mei conspecturi sunt. Et.

T Edet animam **lectio sa.**
meam uite mee. dimittā
aduersum eloquium meū. loquar
in amaritudine anime mee: dicā
deo noli me condemnare. **¶** Indi
ca mihi. cur me ita iudices. **¶** Nū
quid bonum tibi uidetur si calu
nieris et opprimas me. opus ma
nuum tuarum. et consilium im

70
piorum adiunes: Nunquid oculi
carnei tibi sunt: aut sicut uidet
homo. et tu uidebis. Nunquid si
cut dies hominis dies tui: et an
ni tui sicut humana sunt tempo
ra: ut queras iniquitatem meam
et peccatum meum meam: et pec
catum meum scruteris. Et scias
quia nihil impium fecerim: cui
sit nemo qui de manu tua possit
eruere. ¶ Qui lacarum resusci
tasti a monumento fetidum. Tu eis
domine dona requiem et letum indul
gentie. ¶ Qui uenturus es iudi
care uiuos et mortuos et seculum p

ignem. Tu eis. *lectio tertia.*

Manus tue domine fecerunt
me et plasmauerunt me.
totum in circuitu. et sic repente
precipitas me. Ademento queso:
q̄ sicut lutum ⁊ in puluerem re
duces me. Non ne sicut lac in
fisti me: et sicut caseum me coa
gulasti. Pelle et carnibus uestisti
me: ossibus et nervis compegisti
me. Vitam et visitatio tua custo
diuit spiritum meum. *Ps.* Domine qm̄
neneris iudicare terram ubi me ab
scondam a vultu ire tue. Quia pec
caui nimis in uita mea. *Ps.* Commissa

mea pascor. et ante te erubescor. diu
ueneris iudicare noli me condemnare

Quia peccavi. Requiem eternā.

*Quia peccavi. In scdo nocturno.
an. In loco pascue. psalmus. d.*

Dominus regit me et nihil
mihi deerit in loco pascue u
bi me collocavit. **S**uper aquam re
fectionis educavit me. animā me
am conuertit. **D**educit me su
per semitas iustitie: propter no
men suum. **N**am et si ambulave
ro in medio umbre mortis nō ti
mebo mala qm tu mecū es. **V**ir
ga tua et baculus tuus. ipsa me

consola sunt. **P**arasti in conspe
ctu meo mensam: aduersus eos
qui tribulant me. **I**mpingua
sti in oleo caput meum: et calix
meus inebrians q̄ preclarus est.
Et misericordia tua subsequat
me: omnibus diebus uite mee.

Et ut inhabitem in domo dñi
in longitudine dierum. **R**equie
ant. In loco pascue ibi me colloca
uit. *ant.* Delicta. **psalmus d.**

Ad te leuaui animā meam
deus meus in te confido
non erubescam. **N**eque irideāt
me inimici mei: etenim uniuersi

qui sustinent te non confundentur.
Confundantur omnes iniqui
 agentes superuacue. **V**ias tuas

Vias tuas domine demonstra mihi.
 et semitas tuas edoce me. **D**irige
 me in ueritate tua et doce me.
 quia tu es deus saluator meus
 et te sustinui tota die. **R**emi
 scere miserationum tuarum do
 mine: et misericordiarum tua
 rum quae a seculo sunt. **D**elice
 ta iuuentutis mee: et ignoran
 tias meas ne memieris. **S**e
 cundum misericordiam tuam
 memento mei tu: propter boni

tatem tuam dñe. **D**ulcis et rectus
dominus: propter hoc legem dabit
dabit delinquentibus in uia. **O**
rigit mansuetos in iudicio: doce
bit mites uias suas. **U**niverse
ue domini misericordia et ueri
tas: requirentibus. requirentibus
testamenti eius et testimonia
eius. **P**ropter nomen tuum
domine propitiaberis peccato
meo: multum est enim. **Q**ui
homo qui timet dominum: legem
statuit ei in uia quam elegit
Anima eius in bonis demo
rabitur: et semen eius heredi

84
tabit terram. **F**irmamentum
est dominus timentibus eum
et testamentum ipsius ut ma
nifestetur illis. **O**culi mei sem
per ad dñm: quoniam ipse &
euellet de laqueo pedes meos
Respice in me et miserere &
mei: quia unicus et pauper sū
ego. **T**ribulationes cordis &
mei multiplicatae sunt. de necessi
tatibus meis, erue me. **V**ide
humilitatem meam ⁊ laborem
meū: ⁊ dimitte uniuersa de
licta mea. **R**espice inimicos
meos quoniam multiplicati

sunt: et odio iniquo oderunt
me. **C**ustodi animam meam: et
erue me: non erubescam quoniam
am speravi in te. **I**nnocentes
et recti adhaeserunt mihi: quia
sustinui te. **L**ibera deus israel
ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem. *ant.* Delicta iuuentu-
tis mee et ignorantias meas ne
memineris domine. *ant.* Credo:

Dominus illuminatio
mea: et salus mea quem
timebo. **D**ominus protector
uite mee: a quo trepidabo. **Q**ui
appropiant super me nocentes

8.
ut edant carnes meas. **Q**ui
tribulant me inimici mei ipsi
infirmati sunt et ceciderunt. **E**t
Si consistent aduersum me ca
stra: non timebit cor meum. **S**i
exurgat me prelium: in hoc ego
sperabo. **C**lam peti a domino
hanc requiram: ut inhabitem
in domo domini. omnibus diebus
uite mee. **E**t uideam uolunta
tem domini: et uisitem templum
eius. **Q**uoniam abscondit me
in tabernaculo suo: in die ma
lorum protexit me in abscondi
to tabernaculi sui. **I**n petra et

exaltauit me ⁊ nunc exaltauit ca
put meum super inimicos meos.

Circum et imolau in tabernacu
lo eius hostiam uociferationis ⁊
cantabo et psalmum dicam do
mino. **E**xaudi domine uocem
meam qua clamaui ad te mise
rere mei et exaudi me. **T**ibi dixit
cor meum exquisiuit te facies
mea faciem tuam dñe requirā
Ne auertas faciem a me. ne
declines in ira a seruo tuo. **A**d
iutor meus esto ne derelinqua
me : ne derelinquas me deus ⁊
salutaris meus. **Q**uoniam pa

ter meus ⁊ mater mea derelique
runt me: dominus autem assump
sit me. **L**egem pone mihi do
mine in uia in uia tua et dirige
me in semitam rectam propter
inimicos meos. **N**e tradideris
me in animas tribulantium me
quoniam insurrexerunt i me te
stes iniqui et mentita est iniqui
tas sibi. **C**redo uidere bona do
mini in terra uiuentium. **E**xpe
cta dñm uiriliter age conforte
tur cor tuum et sustine domini.
Requiem. **An.** Credo uidere
bona domini in terra uiuentiu.

R Collacet eos dñs cum principib;
R Cum principibus populi sui. Pa-
ter noster. 7c. *lectio quāta.*

R Esponde mihi quantas +
habeo iniquitates et pec-
cata: acclera mea et relicta oste-
de mihi. Cur faciem tuam ab-
scindis: et arbitraris me inimi-
cum tuum? Contra folium qđ
uento rapitur: ostendis poten-
tiam tuam: et stipulam siccam
persequeris. Scribis enim con-
tra me amaritudines: et consu-
mere me uis peccatis adolescē-
tie mee. Posuisti in neruo pedē

meum. et obseruasti omnes semi-
tas meas: et uestigia pedum meo-
rum considerasti. Qui quasi putre-
do consumendus sum. et quasi uesti-
mentum quod comeditur quod co-
meditur a tineas. **IX** ad mento

mei deus quia uentus est uita mea
Nec aspiciat me uisus hominis. **X**

Deprofundis clamaui ad te dñe
dñe exaudi uocem meam. Nec as-

Homo natus **lectio quinta**
de muliere breui uiuens
tempore. repletus multis miser-
is. Qui quasi flos egreditur et
contenitur. et fugit uelut umbra

et nunq̃ in eodem statu permanet.
Et dignum ducis super huiusce
modi aperire oculos tuos: et ad
ducere eum tecum in iudiciũ.
Quis p̃t facere mundum de i
mũdo conceptum semine: Nō
ne tu qui solus es: Breues di
es hominis sunt: numerus men
sium eius apud te est. Consti
tuisti terminos eius: qui preter
ri non poterunt. Recede ergo
paululum ab eo: ut quiescat
donec optata ueniat: et sicut
mercenarij dies eius. **℟.** Heu
mihi domine quia peccaui nimis i